

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Eucharistia x  
cum fonte primo

Sicut corporalis cibus cum uentrem inuenerit aduersis humoribus occupatum  
amplius ledit, magis nocet et nullum prestat auxilium,  
ita et iste spiritalis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum,  
magis eum perdet, non sua natura sed accipientis uicio.

Crisostomus omelia V. super Mattheum.

Nam sicut corporalis cibus cum uentrem inuenerit aduersis humoribus occupatum,  
et amplius laedit, magis nocet, et nullum praestat auxilium:  
ita et iste spiritalis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum,  
magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis uitio.

Iohannes Chrysostomus, *De proditiōe Iudae homilia*  
(Chrysostomi opera omnia, tom.3, Basel, 1539, p.540). cf. PG 49, col.380-1.